Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



lxxxvi

86

cruciffixisset eum, accepit ve-
stimenta eius et fecerunt quat-
tor partes unicuique militi partem
et tunicam. Erat autem tunica
inconsutilis de super contexta
per totum. Dixerunt ergo ad in-
uicem: Non scindamus eam: sed
sortiamur de illa cuius sit ut
scriptura impleretur dicens: Par-
titi sunt vestimenta mea sibi,
et super vestem meam miserunt
sortem. Et milites quidem hec
fecerunt. Stabant autem iuxta
crucem ihu mater eius, et so-
ror matris eius maria cleophe
et maria magdalene. Cum
uidisset ergo ihs matrem et
discipulum stantem quem dilig-
ebat dixit matri suae: Mulier,
ecce filius tuus. Deinde
dixit discipulo: Ecce ma-
ter tua. Et ex illa hora ac-
cepit eam discipulus in sua.
Post ea sciens ihs iam omnia con-
summata esse, ut consumma-
rentur scriptura dixit: Sitio. Vas
ergo positum erat aceto plenum.
Illi autem spongiam plenam a-
ceto hysopo circumponentes
obtulerunt ori eius. Cum ergo
accepisset ihs acetum dixit:
Consummatum est. Et inclina-
to capite tradidit spiritum.
Iudei autem quia parasceue
erat: ut non remanerent in
cruce corpora sabbato. Erat enim
magnus dies illa sabbati:
rogauerunt pilatum ut frange-
rentur eorum crura et tollerentur.
Venerunt ergo milites. Primo
quidem fregerunt crura: et
alterius qui crucifixus est cum eo.
Ad ihsum autem cum venissent et
uiderunt eum iam mortuum non fre-
gerunt eius crura. Sed unus
militum lancea latus eius a-
peruit, et continuo exiuit san-
guis et aqua. Et qui uidit te-
stimonium perhibuit: et uerum est
testimonium eius. Et ille scit quia
uera dicit: ut et uos credat-
is. Facta sunt enim hec, ut scrip-
tura impleretur: Os non comm-
minuetis ex eo. Et iterum alia
scriptura dicit: Videbunt in quem
transfixerunt. Post hec autem
rogauit pilatum ioseph ab
arimathia eo quod esset disci-
pulus ihsu: occultus autem
propter metum iudeorum ut tolle-
ret corpus ihsu. Et permisit
pilatus. Venit ergo ioseph ab
arimathia, et tulit corpus ie-
su. Venit ergo nicodemus qui
venerat ad ihsum nocte pri-
mum: ferens mixturam murre,
et aloes quasi libras centum.
Acceperunt ergo corpus ihsu:
ligauerunt eum linteis cum
aromatibus sicut mos est iu-